

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Creacio siue creator f
cum fonte primo

Si totum me debeo pro me facto,
quid addam iam pro me refecto et refecto hoc modo?
Nec enim tam facile refectus quam factus.

In primo opere me michi dedit, in secundo se,
et ubi se dedit, me michi reddidit.
Datus ergo et redditus me pro me debeo
et bis debeo.
Sed quid Domino pro se retribuam?
Nam eciam si me milies rependere possem,
quid sum ad Deum meum?

Bernardus de diligendo Deo.

Quod si totum me debeo pro me facto,
quid addam iam et pro refecto, et refecto hoc modo?
Nec enim tam facile refectus, quam factus.

Siquidem non solum de me,
sed de omni quoque quod factum est, scriptum est:
DIXIT, ET FACTA SUNT.

At vero qui me tantum et semel dicendo fecit,
in reficiendo profecto et dixit multa, et gessit mira,
et pertulit dura; nec tantum dura, sed et indigna.

QUID ergo RETRIBUAM DOMINO PRO OMNIBUS
QUAE RETRIBUIT MIHI?

In primo opere me mihi dedit, in secundo se;
et ubi se dedit, me mihi reddidit.

Datus ergo, et redditus, me pro me debeo,
et bis debeo.

Quid Deo retribuam pro se?

Nam etiam si me millies rependere possem,
quid sum ego ad Deum?

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de diligendo Deo*,
15 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.132, ll.4-13).